

Egregie nutrit, & Humorum acrimoniam corrigit. Eisdem possidet virtutes ac Jusculum Confummatum, quod vide.

Diu asservari nequit, quin mucorem & foeto rem contrahet: unde recens semper usurpanda erit.

Globus Saponaceus.

R. Sapon. albæ ʒij. Sulph. vivi ʒj. Aēris virid. ʒj. Camph. ʒj. Ol. Tart. q. f. f. Globus f. a.

Vesperi pars affecta cum eo (tantillo Aceti humectato) blandè obducatur, & mane proximo Lacte abluatur, ad Vitiliginem, & Morphaem delendam.

Hauſtus Alexipharmacus.

R. Aq. Lact. Alexit. ʒiiij. Epidem. Paeon. comp. Syr. Garyoph. de Croco ʒ 3ij. Diaſcord. ʒij. Lap. de Goa ʒj. m.

In Febribus mali moris, Spiritus collapsos erigit, & sustentat; Malignitati adversatur; ē Centro corporis ad Circumferentiam pellit; & Sudorem ciet. Propinari potest, sextis, vel octavis horis, pro re nata.

Hauſtus Amarus.

R. Aq. Card. bened. ʒij. Ment. Cinnam. fort. ʒ 3ij. Gent. comp. ʒ ſs. Pul. Serp. Virg. ʒj. m.

Iisdem iusignitur virtutibus ac Decoctum Sacrum, quod vide. Insuper Ventriculum roborat; Vomitionem fedat; & Vermes enecat.

Hauſtus ad Arenulas.

R. Succi Petroſelini ʒiſs. Sp. Vini com. ʒ ſs. Ol. Anisi gut. ij. Sp. Sal. Armon. gut. viij. Sacch. alb. ʒij. m.

Urinam ciet; Saburram pituitosam, Tarta- rum granulascens, & Arenulas, quam potentissime expellit: In grandiori vero Calculo, ab hu-

hujusmodi valenter provocantibus omnimodè
abstendendum erit. Nè, si in Rene sit, eum in
Ureterem fortiter impellant, ejusque canalem
(quasi epistomio) strictim obturent; atque ita
Suppressionem Urinæ funestam inferant. Si in
Velica; ne Mucum viscidum [qui Calculum
crassè obvelat, illiusque asperitates, quasi the-
cā, molliter recondit] eluant; atque etiam Cal-
culum ipsum fortius exagitent; è cavea, ubi
quietus latuit, deturbent; dirumque trucem-
que Paroxysmum pessimè excitent.

Hauſtus Aſtrigens.

R. Aq. Plantag. 3ij. Ment. 3ſs. Cinnam. fort. 3ij.
Syr. de Mecon. 3vj. Ol. Nuc. Mosc. gut. j. Diaſ-
cordii 3ſs. Boli 2j. Balauf. 2ſs. m.

Ventriculum, & Viscera confortat; Intesti-
norum tonum renovat; lubricitatem emendat;
& importunum motum dejectorium reprimit:
His adde, quòd Spiritus exacerbatos pacificat;
Humorumque & Vaporum radios à Centro ad
corporis Circumferentiam pellit; & exindè fo-
ras ablegat.

Hauſtus Bechicus.

R. Gum. Arab. pul. 3ſs. Dissolve super ignem
in Aq. Scabiosæ, & Aq. Cinnam. hord. à 3ſs.
Tunc adde Mithrid. Diaſcord. à 2j. Lohoch fan.
3j. Diaſcodii 3ſs. vel 3vj. m.

Serum acre irritans, è Glandulis in Laryn-
gem ſuffundi ſolidum, obtundit, incrassat, &
cohibet; partes exquisitè ſenſiles leni mucore
defendit; ſomnum ſuaviter accerfit; Sanguiniſ-
que recrementa lymphatica per Diaphorelin ex-
terminat: Ideòque omnimodè appofitum eſt re-
medium ad Tuſim vespertinam, à frigore ſu-
cepto ortam, & inter decumbendum in lectum,
inclementer diyexantem.

Hauſtus

Hauſtus Camphoratus.

R. Camph. (aliquibus guttis Ol. Amygd. dulc. sol.) gr. viij. Aq. Papav. err. 3ij. Syr. Alth. 3vj. Sacch. Saturni gr. ij. m.

Ad Urinæ ardorem, & stillicidium (vel ab Epispasticis; vel Sero acri ortum) multum laudatur. Etiam (ut audivi) ad Mięturitionem (periculosum istud in Variolis Symptoma) Remedium est celebratū dignissimum.

Hauſtus Cardiacus.

R. Aq. Ceraf. nig. Laet. Alexit. à 3j. Menthæ 3j. Epidem. Pæon. comp. à 3ij. Confec. Alkerm. 3j. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. Syr. Garyoph. 3ij. m.

Ad Spirituum lapsum, languorem, & deliquium.

Hauſtus ad Casum.

R. Vini Canar. 3iv. Ol. Terebint. gut. x. Terra Sigill. Sang. Drac. pul. à 3j. Sacch. alb. 3ij. m.

Acorem ablorbet ; Sanguinis misturam conservat ; characterem balsamicum consolidantem eidem imprimit ; & Hæmorrhagias internas fistit.

Hauſtus ad Catarrbum.

R. Aq. Tuſſilag. 3vj. Sacch. candi alb. 3vj. Vitel. Ov. N°. ij. Probœ conquaſſata, igni admovеantur, & lectum petenti propinuentur.

In Tuſſi (ut ita dicam) Gutturali, Catarrhalī, vespertinā, à frigore ſuscepto ortum ducente ; quæ ſpeciatim inter decumbendum in lectum repetit, atque importunè concutiendo, quietemque prohibendo affligit ; hicce Hauſtus multum auxiliari ſolet. Laryngem enim dulci mucagine adeo munit, ut Seri acrioris, & irritantis, aculeos non ſentiat, atque ita Tuſſim prorogat, & horam fallit, donec ſomnus obrepatur,

pat, & Tussiendi tempus tandem elapsum sit.

In Tussi verò Pectorali, quæ profundius radices egerit, & à sanguine pituitoso, fæculentias crassas Pulmonibus suffundente, dependet, perniciosus esse videtur nimirum liberalis Saccharatorum usus; quia Cruoris massam faculentiorum reddit; Bronchia infarcta graviori faburrâ infarcit: putredinalemque dispositionem Fibris inducit.

In Insula Sancti Thomæ, sub Æquatore (inquit Garencieres) molunt Cannas Saccharinas; & quod supereft expresso succo objiciunt Porcis; qui inde dicuntur in tam miram teneritudinem pinguefcere, ut de bonitate cum Capis Hispanicis certent, denturque ventriculis invalidis. Unde colligere est, quod si Saccharum eâ vi & facultate polleat, ut Suillarem (omnium fere carnium tenacissimam) ad tantam teneritudinem adducat; cùdem prorsùs ratione Corruptelam, & Sphacelum, in Pulmonibus accelerabit; cùm ipsi sint mollis & spongiosa substantiæ; & Stpticis Astringentibusque conserventur.

Hauſtus Cephalicus.

R. Aq. Ceras. nig. ʒij. Pæon. comp. Syrup. Pæon. comp. ʒ ſs. Tinct. Castor. gut. xxx. Laud. liq. gut. xv. Cinnab. Antim. ʒj. m.

In Morbis Convulsivis Idiopathicis, qui ordinuntur primariò in Cerebro ipso, vel Nervis (ob copulam heterogeneam Spiritus animales in explosiones adigentem) summoperè conducti. In Sympatheticis verò, qui à mera Irritatione (propter humores acres alicubi in visceribus delitescentes, Vermes, aut Dentitionis cruciatus) excitantur, licet aliquid boni (ad præsentem scilicet explosionem difflandam) apportet; Remedia tamen principalia aliundè (pro cauſa-

rum

rum varietate) esse desumenda, nemini non si-
quid satis manifestum esse potest. Ad Curatio-
nem propinetur [si quo modo possit] in ipso Pa-
roxyfimo; vel statim eo finiente. Ad Praeauatio-
nem, vesperi per triduum ante Lunationum tem-
pora.

Hausus Consolans.

R. Aq. Ceras. nig. 3ij. Ment. Ros. Damasc. Na-
phæ, Coelest. 3j. Cinnam. fort. Pæon. comp. 3ij.
Confec. Alkerm. Pul. e Chel. Canc. comp. 3j.
Ol. Garyoph. gut. j. Syr. Garyoph. 3ij. m.

Spiritus lapis, & decumbentibus, fortiter
subvenit. In Virium dejectione, Leipothymia,
& Cordis Palpitatione plurimum potest.

Hausus è Cynogloso.

R. Succi Cynogl. 3ss. Aq. Papav. err. 3ss. Sacch.
3ij. Ol. Anisi gut. j. m.

Hausus è Diagrydio.

R. Diagryd. gr. xiij. [ad gr. xv.] Antimon. Dia-
phor. 3ss. Sal. Tart. gr. vi. Ol. Junip. gut. vi. Vitel.
Ovi N. j. Probè committis adde Syr. Ros. Sol.
Aq. Lact. Cinnam. 3ss. Aq. Ment. Mirab. 3ij.
Sp. Sal. Armon. gut. xij. m.

Detur in Colica Biliosa.

Hausus Diaphoreticus.

R. Aq. Card. bened. 3ijss. Epidem. Theriacal.
Syr. de Mecon. 3ss. Antimon. Diaphor. 3j. Ther.
Androm. 3ij. Spir. Sal. Armon. gut. xij. m.

Certiūs, jucundiūs, & potentiūs Diaphore-
ticum, vix erit facile forsitan cuiquam invenire.
Opiata enim Sudoriferis optimè lociantur, quia
Sudoris evacuationem plurimum promovent.
atque laſitudinem & molestiam ægris prohibe-
tent: Porro Cardiaca & Volatilia Opiatis bene-

ad-

adjiciuntur, quia Spiritus, ne Narcoticæ plague succumbant, opportunè & fortiter sustentant.

Si Antimonium Diaphoreticum (inquit Hofman.) optimè paratum fuerit, ita ut multum de Terra Nitrofa participet ; ultrà plures annos, absque illa noxa, ægrotis propinari potest. Secus autem, si Sulphur Antimonii in eo excedat, ut à Nitro non debite calcinatum fuerit ; tunc manifestè traectu temporis aëri expositum pravam, & malignam, iterùm induere potest naturam, quæ per vim Emeticam utplurimū sè exserit : Ad quod evitandum ritè preparari debet.

Dr. Grevv asserit Antimonium Diaphoreticum Spiritui Nitri, aut Vitrioli, commixtum notabiliter effervescere ; indèque argumentatur hanc Preparationem minimè esse inutilem, prout aliqui (à Calcinatione, & Ablutione ejus) suspiciati sunt, & astruxerunt. Mihi ipsi verò experimentum cum Oleo Vitrioli facienti nescio cur successus desuit : nullum cujus omnino luctum exinde ortum curiosè observans animadvertere potui.

Hauſtus Diureticus Acidus.

R. Aq. Raph. comp. ʒ iſs. Spir. Vini Gall. Suc- ci Limon. ᷄ ʒ ſs. Syr. Viol. ᷄ j. m.

Sitim tollit ; Bilem temperat ; Salium acores corrigit ; Sanguinem refrigerat, fundit, liquat, Serumque copiose fecernit : Pituitam lentam incidit, attenuat, detergit ; Urinam ciet ; & Arenulas evacuat. Convenit ubi adest Temperamentum calidum, Scorbuticum, Febrilis dispositiō ; atque ubi Pituita, vel Viscida, vel Glareosa, Renes, aut Vesicam (absque Inflammatione, Ulcereve) obſidens, Urinæ cursum inhibet.

Suppreſſio Urinæ totalis, quæ fit, non à Re-

nibus, Ductibusve Urinariis, Lapide, Sabulo, Mucove obstruetis; sed a Sanguine ipso confuso, nimis stricto, & adeo oblerato, ut laticem aquosum intimius permixtum est sinu suo ægre dimittat: cujusmodi casus retulerunt Riverius, Willis, Fr. Sylvius, atque inter Medicinam faciendam ipsem etiam aliquoties observavi; exindeque eum agnovi, quod nullus dolor vel Lumborum vel Pubis præcesserat: & Vesica (teste Cathetere) Urinæ omnino vacua fuisset: Hæcce inquam notabilis, & (nisi tempestivè & ritè tractetur) lethalis, Urinæ suppressio curatur (Dr. Baynard monstrante viam) per Spiritum Vitrioli, Nitrite, in vehiculo idoneo liberaliter propinatum: atque eò certius (ut opinor) si venæfæctio præmittatur. Hujuscem instantias apud Philosoph. Transact. N°. 215. lectu & observatu dignissimas videre est.

Hauſticus Diureticus Oleofus.

R. Vini albi ʒiv. Ol. Amygd. dulc. ʒi. Ol. Terebint. gut. xx. Sacch. albi ʒis. m.

Urinam, & Sabulum potenter expellit: & maximè commodus est, ubi Renes, Ureteres, aut Vesica sunt (sine magna tamen Inflammatione) excoriata, vel ulcerata. Item in Paroxysmis Arenulosis (non autem Calculosis) ubi Urina est admodum limpida, vel nigra & turbida, vel sanguinea, vel chylofa, aut purulenta.

Hauſtus Epilepticus

R. Sal. Succini, Ol. Roriferi, a gut. ij. Sacch. alb. ʒi. Optimè tritis in mortario vitro adde Aq. Cerasor. nig. ʒis. Aq. Rute Paeon. comp. a ʒij. Spir. Lavend. comp. Sp. Sal. Armon. Laur. liqu. a gut. vj. [plus minus, pro ætatis ratione] m.

Hatt.

Hauſtus ad Febrem Vulnerariam.

R. Aq. Laet. Alexit. ʒ ijs. Theriacal. Acet. ʒ vj. Ocul. Cancr. subtil. pulv. ʒ ij. Antimon. Dia-phoret. ʒ j. Sacch. candi albi ʒ ij. Ol. Terebint. gut. iv. m.

Cavendum [inquit Fr. Sylvius] in Misturis Oculos Cancrorum Aceto folutorum capientibus, ne Syrupi ex Mucaginosis parati eis addantur; quoniam mox, aut paulo post, redundunt inde Mucaginum ad instar spissæ, & ad usum ineptæ. Sed ipse [qui haec scribo] hujusmodi ex Oc. Cancr. & Aceto Misturas Saccharo solo edulcoratas, tractu temporis instar Albuminum mucilaginosas evallissem observavi.

Hauſtus Febris fugus.

R. Aq. Card. ben. ʒ iij. Theriacal. still. Syr. de Mecon. ʒ ʒ s. Diaſcord. ʒ s. Sal. Absint. ʒ j. Sp. Sal. Armon. gut. xv. Ol. Garyoph. gut. j. m.

Aſſummat æger horam unam ante expectatum Paroxyfimi acceſſum; & lectum petens Sudorem quoquo modo folicitet: & duas horas perferat. Subiūcio eſt in Febribus Intermittentibus; præ fertim ubi Algor, Rigor, & Horror ſeuius invadere, & longum durare ſolent.

Huic vero Hauſtui non [quasi infallibile eſtet remedium] ſemper fidendum erit: ſiquidem aliquos obſervavi, quibus Sudor hoc modo con citatus calidus & profuſus, adventante uſuali paroxysmo, repente & inopinato ceſſaverit: Horror Rigorque febrilis redierit; atque eo pe juſ tunc cum ægris actum fuerit, quod madore iſequentes Algorem moleſtissime tulerint.

Hauſtus Febris fugus Riverii.

R. Aq. Cichorii ʒ iij. Sal. Absint. ʒ s. Spir. Vi trioli gut. xx. m.

Hauriatur horam unam ante Paroxysimum in lecto, Sudorem provocando, & expectando : Atque ante subsecuturos Paroxysmos repetatur, donec Febris tandem extinguitur. Est profecto Remedium minimè contempnendum, ab Febres Intermittentes Vernales.

Si assumatur statim, iuctu inter Alcali & Acidum adhuc vigente, eo potentior erit.

Hauſtus contra Fluorem.

R. Alb. Ov. N°.j. Conquaſſato adde Aq. Cinnam. fort. 3iſ. m.

Si sumatur manē & vesperi quotidiē, Fluorem album coercere, & Lumbaginem ejus comitem alleviare potis est. Semper verò abstinentum est ab ejus uſu, appropinquantibus Mennstruorum accursibus.

Hauſtus Hæmoptoicus.

R. Aq. Plantag. 3iv. Aceti, Syr. è Symph. añ 3iſ. Album Ovi conquaſſ. N°.j. m.

Hoc reverā Nobile, Expertum, & Parabile remedium, Sanguinem bullientem potenter refrigerat, incrasiat, & refrænat : Vasorumque aperturas constringit, occludit, & consolidat.

Hauſtus Hydragogus.

R. Gum. Gamand. Crem. Tart. pul. añ gr. xiv. Ol. Junip. gut. iij. Dissolve diligenter in Mortario in Vini albi 3iij. addendo Sacch. albi 3iſ. m. Vide Pil. Hydrag.

Hauſtus Hystericus.

R. Aq. Puleg. 3ij. Bryon. comp. 3iij. Tinct. Caſtor. 3i. Succi Rutaë 3iſ. Syr. de Artemis. 3i. m.

Exhiberi potest ante, inter, vel immediate Paroxysimum.

Hauſtus Japonicus.

R. Aq. Sperm. Ranar. 3ij. Syr. è Rosis ficc. 3ij.
Ter. Japon. pul. 3j. Sacch. Saturni gr. iv. Ol. Cinnam. gut. j. Laud. liqu. gut. xx. m.

Mirificis pollet virtutibus contra Sanguinis Vomitum, Hæmoptoen. Mensium profusionem, & quascunque internas Haemorrhagias.

Hauſtus Laetæus.

R. Vitel. Ov. No. j. Sacch. candi rub. 3vj. Aq. Ros. rub. 3j. Laetis 3iv. Ol. Nuc. Mosc. gut. j. Optimè commisceantur.

Sumatur manè pro Jentaculo, & vesperi pro Cœna, quotidie per longum tempus; ad Febrem Hecticam, Sudores nocturnos, & Atrophiam, non à Pulmonum ulceratorum, sed à Sanguinis ipsius acris, & fermentescibilis, vitio ortam.

Hauſtus Nitrosus.

R. Aq. Papav. errat. 3ij. Sal. Prunel. 3j. Syr. Viol. 3j. m.

Sanguinem refrigerio perfundit, ejusque len-torem incidit, & Obſtructiones, Inflammationesque inde natas, extinguit; Sitim fedat; Urinam movet. Valet præcipue contra Pleuritidem Peripneumoniam, & Febres Inflammatorias malignitatis expertes.

Hauſtus Oleofus.

R. Ol. Lini (non rancidi) 3ij. Ol. Anisi gut. 3ij. Syr. Capil. Ven. 3j. Spir. Sal. Armon. gut. xij. m.

Ad Pleuritidem (cum cruento ſputo) Peripneumoniam & Asthma (Venæfectionibus debitis non neglectis) ~~ægictor.~~

Ab affumpto Oleo, horam abstineat aeger à quibuscunque Liquoribus: fecūs enim Oleum illis

illis supernatans in Ventriculo , Nauseam excitat; exindeque per Vomitum rejicietur.

Oleum recens extractum requirimus quia palato gratius non adeo nauseam excitat; sed in veteratum & rancidum potius eligere debemus, quia potentius digerit, & expectorat.

Delicatulis vero si recens parari nequeat, istud (ut habet Etmullerus) ad solem depurandum & ita reservandum est, nempè R. Ol. Lini expr. Aq. tepidae à Concutiantur bene invicem, & quantum possibile commisceantur: postea relinquuntur in sole; & semper quod in fundo est separetur, hocque toties donec Oleum purificetur.

Audivi Oleum optimè depurari posse, librae uni Olei addendo ʒij. pul. Salis Nitri, & simul in phiala sursum deorsum agitata, diu & fortiter conquaßando.

Hauſtus Paregoricus communis.

R. Aq. Ceraf. nig. ʒijſ. Aq. Epidem. Cinnam. fort. à ʒij. Syr. de Mecon. ʒij. m.

Frequentissimi usus est, ad Dolorem pectoris, & Somnum conciliandum.

Hauſtus Paregor. Refrigerans.

R. Aq. Papav. Rhæad. ʒij. Aq. Sperm. Ranar. Syr. Limon. à ʒij. Laud. liq. gut. xxv. m.

Ad eosdem usus; præcipue ubi datur Febris, Sitis intensa.

Hauſtus Peruvianus.

R. Aq. Card. ben. ʒij. Aq. Epidem. Syr. Garryoph. à ʒij. Ol. Nuc. Mosc. gut. j. Pul. Cort. Peruv. ʒij. m.

Gratissimus hic modus est exhibendi Corticem ad Febres Intermittentes.

Hauſtus Pleuriticus.

R. Pul. Olib. (vel Resinæ Pini) pulv. 3j. Vitel. Ov. N. j. Diacod. 3vj. Aq. Papav. 3j. Aq. Thriac. 3fs. Ol. Anisi gut. ij. Sp. Sal. Armon. gut. xij. m.

Hauſtus Præparans.

R. Vini Rhēn. 3ij. Crem. Tart. pul. 3j. Syr. è 5. Rad. Oxym. Scill. à 3fs. m.

Cap. vesp̄eri Purgationem præcedenti , si Phlegma viscosum Ventriculum & Intestina instar glutinis oblinat.

Hauſtus Saccharinus.

R. Aq. Rosar. Damasc. Cinnam. hord. Sacch. candi rubri à 3ij. Dissolve super ignem pro unicō Haufstu vespertino.

Vires æmulatur Haustus ad Catarrhum : Partibus enim exquisitè sensilibus, & irritabilibus, mucorem obducit ; easque contra Rheumatis injurias defendit: Serum tenue incrassat ; & acre obtundit. Ob enormem verò (quā saturatur) Sacchari quantitatē, minimē debet iis obtrudi, quorum Ventriculus copiosâ phlegmatis viscosi faburrā oblinitur, & oneratur.

Hauſtus è Salibus volatilibus.

R. Sal. volat. CC. 3fs. Sal. Succini gr. v. Vini Canar. 3iv. Ol. Nuc. Mosc. gut. ij. Sach. albi 3ij. m.

Commodissima hæc videtur formula , quā , minimo cum palati offenso, assumi possunt Salia volatilia : atque est planè quoddam Sal Volatile Oleosum extempore paratum. Spiritus labefcentes , aut prostratos, exfuscitat ; Sanguinem grumescens disolvit ; lenteſcentem incidit ; stagnantem commovet; fæculentum depurat ; & Urinam ciet. Utilissimè præscribitur ad Capitis Gravedinem; Lethargum; Paralyſin; Leipothy-

miam; Cordis Tremorem; Pleuritidem, & Hydrodem.

Hauſtus Saponaceus.

R. Sapon. Venet. ras. à 3ij. ad 3iv. Coq. in Lact. 3vj. ad 3iv. Adde Sacch. albi 3ij. Col.

Detur manè, & quartâ pomeridianâ, per quadratum, vel quintiduum, ad Ieterum. Valentissimum habetur remedium.

Barbette refert de quadam annos circiter vingtina nata, quæ integrum per annum laboraverat motibus Epilepticis, à 7, matutina in horam 9. vespertinam durantibus, cum spuma oris, sine loquela, aut sensu, cui; sequentem Hauſtum bis quotidie propinavit, & mensis spatio sanitatem ei reddidit.

R. Sapon. Hispan. alb. 3fs. Coq. ex Lact. Vacino, & col. 3ij. dentur potui.

Hauſtus Saturninus.

R. Aq. Sperm. Ranar. 3ifs. Aceti. 3fs. Succi Urticae 3ij. Syr. de Mecon. 3vj. Sacch. Saturni gr. vj. Alum. gr. iij. Sang. Drac. 3fs. m.

Ad Hæmorrhagias.

Hauſtus Stypticus.

R. Aq. Plantag. Sperm. Ranar. à 3ifs. Aq. Cinnam. hord. Aceti à 3ij. Syr. Nymph. 3fs. Croci Marris astring. 3fs. Sacch. Saturni gr. v. m.

Quibuscunque Hæmorrhagiis; præsertim Mensium profusione; & Sanguinis Vomitui, feliciter medetur.

Hauſtus Varioſus.

R. Coccinel. integ. 3i. Coq. in Aq. Lact. Alexit. 3iv. Col. 3ij. dissol. Diascord. à 3i. ad 3j. Dia- cod. 3vj. Ol. Nuc. Mosc. gut. j. m.

Hauſtus contra Vomitum.

R. Aq. Cinnam. fort. Syr. Limon. à 3fs. Sal. Ab- finth.

sinth. 3ij. Ol. Nuc. Mosc. & Caryoph. añ gut. 1.
Laudan. liqu. gut. xx. m.

Expertissimum, utilissimum, & raro fallax remedium. In Colica cum Vomitione enormi, & Astrictione alvi pertinaci, addere potes pul. Rhab. 3fs. & reiterare, donec operetur.

Hydrogal. Chartacei fibij.

R. Chartae Scriptoriae optimae Schedas N. iv.
Panes biscoctos Neapolitanos N°. ij. Aq. fibis.
Coq. ad fibis. Col. adde Lactis fibis. Coq. iterum
ad fibij. & adde Nuc. Mosch. rasæ, & Sacch. albi q. s. m.

Edulcorat, incrassat, obſtipat: In specie, Sudoribus matutinis, Diarrhoea, & Menſium immodico fluxui laborantibus succurrit.

Hydromel Joelis.

R. Rad. Zedoar. 3fs. Gum. Ammon. (non col.)
3ij. Flor. Sulph. 3ij. Mellis despum. 3ij. Aquæ
fibj. coq. (non despumando) ad 3xij. sub finem
addendo Croci gr. xij. quando friget, col.

Potenter admodum incidit, eliquat, & eductum Phlegma viscidum, ductus pneumonicos inficiens, exindeq. Orthopnaem, & Asthma humidum inferens. Utrum verò conveniat in Asthmate fucco, convulsivo, febrili, nondum fatis habeo perspectum: Sed verisimile mihi videatur, quod in isto rerum statu, Sanguinem nimis effervefacere, humorum orgasmum concitare, & consequenter Paroxysmum intendere, possit. Patienti ſequitur propinetur cochl. j. vel ij.

Hydromel Asthmaticum.

R. Flor. recent. Digitalis fibis. His affunde Aquæ font. calentis fibij. Arctè clade in olla invitreato nova, postridie exprimendo cola. Hujus fibis. adjunge f. a. Gum. Ammon. (Aceti

$\frac{3}{4}$ iv. soluti $\frac{1}{2}$ j. Mellis $\frac{3}{4}$ iv. Tinct. Benzo. 3ij.
Cochleatum assumatur, addendo pro re nata
Sp. Sal. Armon.

Hydromel Calceum.

R. Aq. Calc. $\frac{1}{2}$ vij. Lig. Guajaci, Sassafr. $\frac{1}{2}$ ij.
Sem. Carui, Coriand. $\frac{1}{2}$ ss. Glycyrrh. $\frac{1}{2}$ j. Pasul.
Malacens. $\frac{1}{2}$ ij. Fiat maceratio frigida per integrum diem; liquori transcolato adde Mellis $\frac{3}{4}$ vij. m. super lentum ignem.

Lixivium Calcis sale gaudet sui generis egregio, à quo præcipitatis acribus (tum Muriaticis, tum Acidis) lāguinis particulis, tota massa mitescit, atque inde facilius novum chylum amplectitur, & in propriam naturam subigit; quo fluxio chyli ad partes Ulceratas fit minor; & conseqüenter expeditior fit sanatio Ulcerum.

Hydromel cum Cerasis.

R. Aq. font. $\frac{1}{2}$ xij. Mell. $\frac{1}{2}$ ij. Ad perfectam desumationem coctis adjice Succi Cerasor. acidular. $\frac{1}{2}$ ij. Rursus bulliant parum, spumam accuratissime auferendo.

Saporis erit jucundissimi, & pro potu ordinario inferviat.

Eodem planè modo, conficies è Succo Citri, aliisque Succis gratis & acidis, inquit Dr. Lasser.

Hydromel Diuretici $\frac{1}{2}$ ij.

R. Rad. Rubiae Tinct. Fænic. $\frac{1}{2}$ j. Petrosel. $\frac{1}{2}$ ij.
Bac. Lauri, Junip. $\frac{1}{2}$ ss. Sem. Dauci sylv. Fænic.
dulc. $\frac{1}{2}$ ij. Coq. in Aq. font. $\frac{1}{2}$ ijs. Col. $\frac{3}{4}$ xxvij.
adde Succi Parietar. Mellis $\frac{1}{2}$ iv. Percoq. ad desumationem.

Hydromel Diuretico-Lævigans.

R. Rad. Alth. $\frac{1}{2}$ ij. Fænic. Petroiel. $\frac{1}{2}$ j. Herb.
Malv. M. ij. Pasul. Malacens. $\frac{1}{2}$ j. Glycyrrh. $\frac{1}{2}$ ss.
Coq.

Coq. in Aq. Hord. depur. $\frac{1}{2}$ bij. ad ij. In col. dif-
sol. Gum. Arab. $\frac{1}{2}$ j. Mellis $\frac{1}{2}$ ij. Coq. ad despum.

Dos. $\frac{1}{2}$ iv. cum totidem uncias Vini albi, ter in
die.

1. *Hydromel Pectoralis* $\frac{1}{2}$ bij.

R. Glycyrrh. $\frac{1}{2}$ ij. Passul. sol. expurgat. $\frac{1}{2}$ iv.
Coq. in Aq. Hord. depurata $\frac{1}{2}$ bij. ad $\frac{1}{2}$ bij. Col. ad-
de Mellis $\frac{1}{2}$ ij. Coq. ad despumationem.

2. *Hydromel Pectoralis* $\frac{1}{2}$ bij.

R. Hord. perl. Passul. sol. exacinat. $\frac{1}{2}$ ss. Fic.
No. iv. Rad. Liquirit. $\frac{1}{2}$ ij. Enulae, Ieos Florent.
Cal. arom. Herb. Nicot. sicc. $\frac{1}{2}$ ij. Tuſſilag. Hed.
terrest. Erysimi, Saniculae $\frac{1}{2}$ M. j. Sem. Faenic.
dulc. & Anisi (sub finem addit.) $\frac{1}{2}$ ij. f. decoct.
in Hydrom. simpl. $\frac{1}{2}$ ij. ad $\frac{1}{2}$ bij. Col.

Æquè ferè incidit, & expectorat, ac supe-
rius illud Joëlis: sed insuper, validius emollit,
lubricat; digerit, & maturat. Usui erit benefi-
cio in Tuſſi profunda, & laboriosa quando sci-
licet Thoracis intimi recessus cruda lentescenti-
que Pituita obſerciuntur, & aggravantur. In Ca-
tarrho autem febrili, tenui, & acri, per glan-
dulas gutturales perpetim depluente, omnino
noxium esse reperietur, propterea quod Humo-
res nimirum fundendo, calefaciendo, & tumul-
tuariè exagitando, Affectum certò certius plu-
rimū augebit. Dentur $\frac{1}{2}$ ij. calidè ter in die.

Hydromel Simplicis $\frac{1}{2}$ iv.

R. Aq. puræ font. $\frac{1}{2}$ iv. Mellis $\frac{1}{2}$ ss. Coq. ad
perfectam despumationem.

Aliqui parant cum Aquæ $\frac{1}{2}$ iv. & Mell. $\frac{1}{2}$ j.

Hydromeliti cuilibet composito confiando
infervire potest; & rariū usurpatur per se: Ni-
hilominus sat congruum videtur Asthmaticis,
durante paroxysmo, in potum ordinarium; &
diuturnis Tuſſi laborantibus, Mel

Mel constat ex principio dulci, viscido manifeso; & acri volatili latente. Ab Acredine detergit, & siccatur. A Visciditate digerit, & sanat. Zwelferus Mellis depurationem per violentas cocturas maximè improbat, solam simplicem per manicam Hippocratis colaturam, in loco moderatè calido, admittit, & laudat. Ita sine omni coctione aut despumatione, Mel purissimum, suo inesse naturali durabile, propriisque virtutibus prægnans, asservari posse ac deberi affirmat.

Si verò multùm coquatur, exinde fiet, ut Cera & Propolis illi intimius permisceantur, nunquam post à Melle amplius ex toto separabilia, quin impuritas maxima, ingratusque sapor & odor, Melli impressa, maneant tenaciter, de cies licet clarificetur.

Atque asserit totam Mellis substantiam in bul las & nihilum tandem abire posse (præcipue superinfusâ saepius aquâ) si immoderatè & saepius decoquatur.

Hydromel de Symphyto.

R. Rad. Symph. maj. 3ij. Herb. Plantag. M. ii. Sem. Papav. alb. Hyoscy à 3ij. Coq. in Aq. Hord. depur. Ibjij ad 3xxvij. Col. diffol. Messis 3iv. Sacch. Saturni. gr. xxiv. Cùm refrixerit adde Al bum. Ovor. conquaſs. No. iv. Optimè commis ceantur.

Ad Hæmorrhagias quascumque dentur 3iv. pro dosi.

Infusi Amari Ibjiv.

R. Aq. destill. Ibjiv. Spir. Vini Ibjss. Sal. Tart. gr. 32. Rad. Gent. 3ijj. Summit. Card. ben. Centaur. min. Fl. Chamæm. à 3vj. Infunde in Balneo 12. horas & col.

Propinare soleo vel per se; vel cum Vino Amaro ad hunc modum.

R. In-